SYLLABUS.

CIX. *An Pontificij de perpetuo explicationum ſuarum ſacrarum cum Patribus conſenſu glorientur? A.p.136. an verè? N p.137.*

CX. *An Rupertus Tuitienſis, Remigius, &c. conſentiant expoſitionibus Ieſuiticis circa locum Zacharianum? N.p.137.*

CXI. *Quid per aquam, quam abeſſe à lacu vinctorum educendorum receptaculo dicit Dominus, intelligendum? p.140.*

CXII. *An ſpiritus Dei ſanctus ſit, de quo Geneſ. ſexto dictum, non judicabit ſpiritus meus in homine &c. A.p.140. & ſeq.*

CXIII. *An emiſſio apud Zachariam prædicata ſit emiſſio è ſtatu vinculorum ſpiritualium, tartareorum, maledictionis & damnationis? A.149.*

CXIV. *Quænam ſint illuſtria & evidentiſſima* ἀποστολῆς *apud Zachariam annunciatæ in N.T. ſynonyma & parellela? p.151. &c.*

CXV *Quænam ſit lex* τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασιν *mandatorum in dogmatibus? explic p.156.*

CXVI. *An emiſſio apud Zachariam celebrata oriatur ex emiſſoris dominici tremendo ſimul ac humili deſcenſu in lacum? A.p.158.*

CXVII. *An Meſſias Rex promiſſus etiam quodam reſpectu inter ſalvandos ex lacu pertineat? p.158.*

CXVIII. *An Meſſias Rex veram & propriè dictam paupertatem in diebus carnis ſuæ toleraverit? A p.158.*

CXIX. *An, quod pro ordinis mendicantium fratrum defenſione aſſumitur, Meſſias Rex etiam fuerit mendicus? N.p. 159.*

CXX. *An Chriſtus eousq; paupertatem elegerit, ut etiam, proprietatem, & dominium rerum totius orbis reſignaverit? An verò in honorem ſuæ humanitatis retinuerit proprietatem, ſeu dominium univerſale orbis? Et an id tradiderit poteſtatem directi dominii Papæ Rom.? p.159.*

CXXI. *An in ſtatu exinanitionis in Chriſto ſecundùm hum. naturam cum paupertate Chriſti ſimul opulentiſſima gubernatio creaturarum & diſpenſatio immenſarum divitiarū ſteterit? N p.160.*

CXXII. *An paupertas ſit annexum ſtatus peccati, maledictionis & damnationis per ſe? Affirm. p.161.*

CXXIII. *An diviſio dominiorum, & orbis in certas partes & ſpatia cum titulo proprietatis poſſidendæ diſtinctio pertineat ad ſtatum corruptionis & lapſus generis humani? A.p.161.*

CXXIV. *An in primis parentibus fuerit ignoratio magis vitiorum, quàm cognitio virtutis, & ſumma in rebus intelligendis ſimplicitas? N. p.162.*

CXXV. *An Meſſiæ ſanguinis cum ignominia & ad mortem profuſio ſit documentum, eum hæſiſſe in lacu maledictionis & mortis? A.p.163.*

CXXVI. *An homo primus in ſtatu originalis conditionis fuerit immortalis & impaſſibilis? A.p.164.*

CXXVII. *An creatio hominis è materia terrena ſit argumentum mortalitatis primo ſtatui paradiſiaco adjacentis? N.p.165.*

CXXVIII. *An potentia generandi & ſpeciem per multiplicationem conſervandi ſit mortalitatis* τεκμήριον *N. p. 165.*

CXXIX. *An ideò mortalitas ſit conditio naturæ creatæ humanæ, quia mors Chriſti adventu non fuit ſublata? N.165.*

CXXX. *An Pontificii colludant in primævæ immortalitatis paradiſiacæ protoplaſtis concreatæ impugnatione cum Socinianis? A. p.166.*

CXXXI. *Quid per caput libri, in quo de ſe ſcriptum eſſe ait Chriſtus ſalvator, intelligendum ſit? p.167.*

CXXXII. *Quomodo, quod apud Pſaltem dicitur, aures autem perfodiſti mihi, apud Paulum verò, adaptaſti mihi, conciliandum? p.168. &c.*

CXXXIII. *Quid ſignificet vox Belial, in ſacris literis frequens, qui etiam in lacu & torrentibus infernalibus eſt potens? p.170.*